

*Der folgende Text soll in angemessenes Deutsch übersetzt und durch die Bearbeitung der unter II. gestellten Aufgaben sprachlich erläutert werden.*

## **I. Übersetzung**

### **Ratschläge für einen Provinzialstatthalter**

- 1 Quapropter incumbere toto animo et studio omni in eam rationem, qua adhuc usus es,  
2 ut eos, quos tuae fidei potestatique senatus populusque Romanus commisit et credidit,  
3 diligas et omni ratione tueare et esse quam beatissimos velis. quodsi te sors Afris aut  
4 Hispanis aut Gallis praefecisset, immanibus ac barbaris nationibus, tamen esset  
5 humanitatis tuae consulere eorum commodis et utilitati salutisque servire; cum vero ei  
6 generi hominum praesimus, non modo in quo ipsa ist sed etiam a quo ad alios  
pervenisse  
7 putetur humanitas, certe iis eam potissimum tribuere debemus, a quibus accepimus.  
8 non enim me hoc iam dicere pudebit, praesertim in ea vita atque iis rebus gestis, in  
quibus  
9 non potest residere inertiae aut levitatis ulla suspicio, nos ea, quae consecuti sumus, iis  
10 studiis et artibus esse adeptos, quae sint nobis Graeciae monumentis disciplinisque  
11 tradita. quare praeter communem fidem, quae omnibus debetur, praeterea nos isti  
12 hominum generi praecipue debere videmur, ut, quorum praeceptis sumus eruditi, apud  
13 eos ipsos, quod ab iis didicerimus, velimus expromere.
- 14 Atque ille quidem princeps ingenii et doctrinae Plato tum denique fore beatas res  
publicas  
15 putavit, si aut docti ac sapientes homines eas regere coepissent aut ii, qui regerent, omne  
16 suum studium in doctrina et sapientia conlocassent; hanc coniunctionem videlicet  
17 potestatis et sapientiae saluti censuit civitatibus esse posse. quod fortasse aliquando  
18 universae rei publicae nostrae, nunc quidem profecto isti provinciae contigit, ut is in ea  
19 summam potestatem haberet, cui in doctrina, cui in virtute atque humanitate percipienda  
20 plurimum a pueritia studii fuisset et temporis.
- 21 Quare cura, ut hic annus, qui ad laborem tuum accessit, idem ad salutem Asiae  
22 prorogatus esse videatur: quoniam in te retinendo fuit Asia feliciores quam nos in  
23 deducendo, perfice, ut laetitia provinciae desiderium nostrum leniatur.

## **II. Sprachliche Erläuterungen**

1. In welche Zeit würden Sie diesen Text auf Grund stilistischer und historischer Indizien

datieren? Wer ist der Autor?

2. Skizzieren Sie Ursprung und Idee der römischen humanitas.